

mis nudassen, inter se statuerunt humi prostrati D. minum rogare ut ipse vires suppedet, quibus possint arboris truncum integrum ad sepem asportare. Inde ab oratione surgentes, invocato nomine omnipotentis Dei, truncum corripiunt, et in locum desultatum perferre conantur; et ecce quem vix multi pertrahere potuissent, duo homines fide armati, levimotu portant. Postea vero multi fratres simul collecti eundem truncum movere volentes levare nequibant; atque

A Ita Omnipotens virtutem aguoverunt, quia duo illi fratres nulli indicare voluerunt, sed secreto alii alii patescerunt.

24. At nos fortassis radet quispiam et carpet, quod haec inscrere hoc loco voluimus; sed nos tamen quae ad Dei gloriam faciunt silere nequivimus. Haec vero dijudicet recipiendae sint vel rejicienda haec Dei dona, qui talia non abnuit nec abjicienda sentit que deo causa admittit.

VITA S. BURGUNDIFARÆ

ABBATISSÆ EBORIACENSIS PRIMÆ,

SEU POTIUS LIBER DE VIRTUTIBUS AC REBUS MIRABILIBUS IN EBORIACENSI MONASTERIO FACTIS, TEMPORE BURGUNDIFARÆ ABBATISSÆ

(Ex Mabill., Acta ordinis S. Benedicti.)

OBSEERVATIONES PRÆVIAE.

1. Burgundifaram virginem non aliam esse a Fara abbatissa testatur Venerabilis Beda in lib. iii Hist. Angl., cap. 3. Cujus illa Ercongotha (scilicet Ercenberti regis) ut condigna parenti soboles, magnorum fuit virgo virtutum, semper serviens Deo in monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab abbatissa nobilissima vocabulo Fara, in loco qui dicitur Brige. Et tamen in suo ipsius sincero Martyrologio, quale ab Henschenio vulgatum est, nullam sanctæ Faræ mentionem facit. In tractu Brigio duo tunc temporis virginum coenobia erant cum adjunctis monachorum claustris, Eboriacense unius et Jotrense, hoc ab Adone Dadonis seu Audorni fratre constructum in saltu Jotrensi haud procul a Matrona fluvio et amne Mugra quem minorem dicunt (*le petit Morin*); illud a Burgundifara seu Fara virginis eretum inter duos annus Mugram, seu Mucram majorem (*le Morin*) et Aliam, tribus admodum milliaribus a Jotrensi distitum. Mugra annis uteque in Matronam inuit: minor quidem paulo super Melas oppidum ad Firmatatem Asculli seu sub Jotro, vulgo *la Ferte-sous-Jouarre*; maior vero, Mugra simpliciter dicta, paulo infra Meldas, Eboriacense monasterium quod nunc sanctæ Faræ [Fare-Monastier] dicitur, ab Aquilone fere attingens: cum Alta rivulus ab orientali monasterii parte in Mugram decurrat.

2. Sancta Fara dicta est Burgundifara, seu Burgundiosara, usi et sanctus Faro Burgundifaro appellata, licet uterque ex nobili Francorum familia apud Meldas ortus sit, eorumque pater Theodeberti Austrasiorum regis conviva et domesticus fuerit. Farones quippe dicti sunt nobilii fara seu familia geniti apud Burgundos, prout ex Fredegarii Chronicō constat; qui Fredegarius Burgundia Farones, id est, optimates, cap. 41, 44 et 53, nominat. Et Paulus Diaconus, in lib. ii de Gest. Langob., cap. 9, Langobardorum faras, hoc est, generationes, vel lineas, vocat.

3. Quæ de sancta Burgundifara hic subhæcsum, non Beda, sed Jonas monachi Bobiensis calamo exarata esse constat. Jonas in Vita sancti Columbani, ann. 50, sic de Burgundifara loquitur: « Benedixit ergo vir Dei dominum ejus (Chagueric) filiamque ejus nomine Burgundifaram quæ infra infantiles annos erat, benedicens eam Domino vorvit, de qua postea in subsequentibus narrabimur. » Et in Vita sancti Eustasii abb. Luxoviensis postquam Burgundifara parentes Chaguericum et Leodegundam, ejusdemque curationem ac monasticam consecrationem descri-

B psit, de Eboriacensi monasterio subdit: « In quo videlicet monasterio quantæ virtutes postmodum factæ sint, si sita comes fuerit prosequetur. » Hinc est quod a capite suæ scriptioñ sequentis: « Meminisse, inquit, velim lectorem me superiorius narraturum suis pollicitum de cœnobio supramemorato Burgundifarae quad Evoriacas dicitur. » Unde in apostrophe Compendiensi quo usi sumus, post Vitam sancti Columbani Vitamque sancti Altalæ duobus libris distinctas, continententer sequitur liber tertius de his quæ in cœnobio Evoriacas gesta sunt, duodecim capitulis præmissis prout ea præmitimus; ac de Vita sancti Bertulij capitulis septem comprehensa. Cum vero Jonas in subjecto libro non tam Burgundifarae gesta quam res insolitas ac mirificas in Eboriacensi monasterio gestas tradat, suspicari licet Burgundifarae necdum cum haec scriberetur fuisse mortua, ac proinde extremam istius libri partem, quæ quidem in Compendiensi Exemplari deest, adjecticiam esse, quemadmodum suo loco adebatibus.

4. Verum ne sanctæ Burgundifarae historia magna et imperfecta videatur, hic supplenda sunt quæ de ea referuntur in Vita sancti Eustasii ad ann. 625, ubi agitur de ipsius virginis curatione, consecratione, deque Eboriacensi cœnobio conditu ac institutione, ac de Agrestii repulsa, qui Agrestius Burgundifaram adversus sancti Columbani instituta commovere tentaverat.

5. Monasterium Eboriacense seu sanctæ Faræ etiamnunc florentissimum ac celeberrimum est tum numero ac religione sanctimonialium quæ sancti Patris Benedictini regulam districte servant, tum nomine ac opibus. Illic duplex quondam erat, sicut in Jotrensi Parthenore, monasterium, puellarum nempe ac virorum. Testis est Venerabilis Beda in lib. iii Hist., cap. 8, dum agit de ipso monasterio quod Brigense vocat. « Multi, inquit, de fratribus eiusdem monasterii qui alii erant in ædibus, etc. » D Et Jonas in eodem loco se versatum suis infra, cap. 2, testatur.

INCIPIT VITA.

CAPUT PRIMUM.

De cœnobio Evoriacas et de Sisetrudis obitu et caritu angelico.

1. Meminisse velim lectorem me superiorius (*In Vita S. Columbani*, num. 50, et in *Vita S. Eustasii*, c. 3) suis narraturum pollici:um de cœnobio supramemorato Burgundifarae quad Evoriacas dicitur. Unde in apostrophe Compendiensi quo usi sumus, post Vitam sancti Columbani Vitamque sancti Altalæ duobus libris distinctas, continententer sequitur liber tertius de his quæ in cœnobio Evoriacas gesta sunt, duodecim capitulis præmissis prout ea præmitimus; ac de Vita sancti Bertulij capitulis septem comprehensa. Cum vero Jonas in subjecto libro non tam Burgundifarae gesta quam res insolitas ac mirificas in Eboriacensi monasterio gestas tradat, suspicari licet Burgundifarae necdum cum haec scriberetur fuisse mortua, ac proinde extremam istius libri partem, quæ quidem in Compendiensi Exemplari deest, adjecticiam esse, quemadmodum suo loco adebatibus.

morato Burgundofara, quod Eboriacas vocant, quod A ex regula beati Columbani omni intentione et devo-tione construxerat, quanta et qualia inibi rerum Sator ob famularum suarum hortamina dignatus est demonstrare miracula. Cum jam duce Christo multarum pueriarum secum aduenatam sub regulari disciplina retineret cohortem, quodam in tempore una e subjectis, nomine Sisetrudis ^a, cellararia monasterii, exitum vitae per revelationem cognovit, quadragintaque dierum spatio interjecto, quo iter pararet admonita, mores corrigeret, vitam emendaret, et se ut in omnibus paratam habeat imperat. Transierunt triginta et septem dies in omni religione peracti, jejunio et oratione cum fluenti lacrymarum vigiliarumque labore corpus attriverat, ut facilius venturi itineris viam aperiret. Venerunt ergo duo juvenes B candidi circumamicti stolis animam a corpore segregantes, vacuum ferentes per aerem, ac multis discussionibus inquisitam ad caelos deportantes, permistamque angelicis chorus et candidatorum omnium insertam multitudini cohortantur laetos capere de saeculo triumphos. Cumque jam ovans uberi exultatione inter aeterna gaudia haberetur secura, et virginum chorus inserta excellenti gloria tripudians gauderet, et ante conspectum clementis Judicis astaret, jubetur denuo traduci in corpus, et tertio die denuo redire. Ad corpus rursum revehunt imperantes, ut se uberiori paratam post triduum habeat, ut quadraginta dierum circulus impletatur.

2. Reversa itaque in corpore Matrem vocavit, nonnemque famularum Dei catervam precatur ut suis orationibus ei solamen ferant: tres adhuc dies sibi vitæ metam concessam fuisse fertur. Aveniente igitur die tertia Matrem adesse postulat, suumque exitum ut omnes exspectent precatur. Astantibus itaque omnibus vitae exitum et corporis sospitatem pollicentibus, nec in propatulo habere dictum testantibus, illa conspicit duos juvenes superius visos ad se venire, et si jam abire vellet, sciscitantes. At illa ovans: Vadam, inquit, hinc, domini mei, vadam, nec amplius in hac vita ærumnis plena detinear, sed fulvae luci de qua redii reddar. Sciscitante ergo Matre Burgundofara quibus talia depromeret dicta: Non, inquit, cernis viros stola induitos astare, qui me audiustertius ad caelos vixerant et nunc paratos esse me eo itinero reducere? Miranti Matri et omnibus circumstantibus ultimum vale dicens, presenti vita privata est. Intendentibus ergo in ejus exitum omnibus, chorus angelicos omnes audiunt concinere et dulcia modulamina per aera deferre, metuque simul ac gaudio omnes procubuere; egressaque foras cellulam qua excubiae tenebantur, quantum auris valuit humana pertingere, voces semper angelicas audierunt canentes. Illanc primam hujus coenobii exhortationem Dominus famulibus suis voluit demonstrare, ut ceteræ quæ superstites essent, omni intentione ad cultum religionis aspirarent.

^a Sisetrudis soror fuit beatæ Eartongothæ virg.

CAPUT II.

De conversatione Gibitrudis et vita exitu.

5. Aliaque rursus posthac oritur exhortatio. Quædam etenim virgo Gibitrudis nomine, genere et religione nobilis, supradictum coenobium conversa a saeculo petiti, quam velut munus gratum ovans monasterii Mater Burgundofara recepit. Erat enim ei consanguinitate proxima: quæ tanti ardoris igne effebuerat, ut in omnibus sancti Spiritus gratia in ea videbatur flagrare. Nam cum adhuc paterna detinueretur domo, et Spiritu sancto monente se cultui religionis dicare vellet, postulat patrem matremque, ut sibi oratorium quo suo Conditoris exhiberet famulatum construerent. Sed cum ægre parentes ferrent, erant enim ambo ex genere Francorum nobiles, nec prorsus eo itinere quod ad regna perducit colorum nitabantur ingredi, sed fulciri magis saecularibus desiderabant phaleramentis, et ob hoc sobolem magis desiderabant e filia, quam sua caelo tradere pignora. Sed cum nullatenus puellæ animum ab hac intentione immutare valerent, obtemperantes ejus votis, parvum admodum oraculum construunt. Quid cum die noctisque puella frequentaret, cœpit contra eam callidi hostis versutia tela jacere, aggressaque est per bajulam impedimenta parare, ac ne ut oratorium frequentaret prohibere. Sed cum se angi poella cerneret, cœpit Conditoris clementiam querere, et quæ [Forte, ne] sibi frequentiam orandi prohiberet, atque lumen anime vellet extingue, ipsa ab æterno privaretur.

C 4. Nec morata divina pietas: mox dolore oculorum perculta necessario caruit lumine, geminasque parentum metum Arbitr clemens, patremque ejus febris co ripuit. Qui quamvis nobilitate tumens, tamen ex filiae exemplo jam ad timorem divisa cultus anhelabat, postulabatque filiam ut pro genitore Dominum oret, et si suspitati per ejus intercessiōnem reddatur, in omnibus se post ejus voluntati pariturum. Nec defuit fideliter poscenti salas dia dilata; amotoque igni febris, priuilegium est mox genitor redditus sanitati, ac deinceps puella postulat ut ad supradictum coenobium venire queat. Quo cum viram religiosam per multa annorum spatia pergesset, evenit ut quodam in tempore prefata Burgundofara febris corriperetur, ac praesentis vite nexibus crederetur dissolvi. Quæ Gibitrudis cernes Matrem monasterii in extremo positam esse, Dominum flebilibus postulat vocibus, ut antiquam reminiscens misericordiam Matrem mori non sinat, sed prius se recipiat ac sodales suis caelo recondat, sieque demum Matrem subsequi jubeat. Auditque vocem post lacrymas desuper dicentem: Vade, famula Christi, ut enim petisti obtinuisti. Illa eteum sospes superis adhuc jungetur, tu vero prius e carnis vinculis dissolveris. Nec morata diu febre corripitur, ac supremis functa horis animam reddidit. Cumque jam suscepta ab angelis super æthera veberetur, et

^b Id est, superstibus. Vide prolog. Vitæ sancti Columbani.

ante tribunal æterni Judicis posita candidatorum (ut A pietatis cultus, lenitatis affectus. Cumque omnibus ipso post refrebat) catervas conspiceret, omnemque militiam cœli ante gloriam æterni Judicis astare conspiceret, audit a throno vocem dicentem: Revertere, quia ad plenæ sæculum non dereliquisti. Scriptum est enim: Date et dabitur vobis (Luc. vi, 38), et alibi in oratione: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Math. vi, 12). Non enim dimisisti sodalibus totum, quia tibi illatas molestias retinuisti; reminiscere te adversum tres compares lœsos portasse animos; nec omnino indulgentia medicamine vulnus ex toto illatum sanasse. Corrige ergo mores, compone animos quos tempore vel negligentia maculasti.

5. Mirum dictu! rediens ac vitæ pristinæ redditæ, tristibus lamentis illatam deprompsit sententiam, reatumque suum confitetur, sodalesque vocat adversum quas motos animos deportarat, veniamque poscit ne de tanta dolositate damna incurrit vitæ æternæ; sexque mensibus sanitati redditæ post præsentis vixit in ævo, correptaque post febre diem exitus sui prædicti, horumque abeundi de mundo prænuntiat. Quæ ita felicem exitum peregit, ut intra cellulam qua corpus jacebat exanime, balsama cre'eres desudare. Quod omnia qui eo tunc ibi fuimus tempore magnum paruit miraculum. Sed et tricesimo die cum ejus commemorationem ex more ecclesiastico facere conaremur, et missarum solemnia celebraremus, tanta fragrantia ecclesiam replevit, ut omnium unguentorum ac pigmentorum odores crederes adesse. Merito etenim rerum Sator hic sibi dicas animas suis munieribus facit effulgere, qui ob suum amorem nullatenus voluerunt sæculum diligere vel amare.

CAPUT III.

De Herchantrudis vita et obitu.

6. Quadam etenim puella intra infantiae annos detenta, ^a Herchantrudis nomine, parentibus nobilibus, in supradictum monasterium conversa introivit. Quo cum per multos annos vitam religiosam ageret, evenit ut justus Arbitrus per præsentis corporis poenas probare vellet; tantaque tenera ætas flagella sustinuit, ut exemplum in ea Job ex penarum immanium multitudine crederes redundare. Sed mira in juvenili ætate patientia reperiebatur, mira virtus humilitatis, mira mansuetudo, mira pietas, mira lenitas, mira charitas pollebat. Inter poenæ incendia virtus animæ manebat, inconcessa fides, immobilis bonitas, incomparabilis lacrymarum libertas; in quantum corpus angehant poenæ illatae, tantum animam laetificabat spes gaudiorum et exsultatio vitæ æternæ. Tanta custodia Matris enutrita intra coenobii suit septa, ut nullatenus inter sexuum noverit dijudicare naturam, seque enim marem ut feminam putabat, seque feminam ut marem. Exemplum enim erat omnibus illius conversatio, patientiae virtus,

^a Hencantrudis, seu Ercantrudis, memoratur in Martyrol. Benedict., die 14 Maii, eodemque die in monasterio sanctæ Faræ colitur.

^b Apud Bedam et Surium legitur: « Haec tempore

grata esset, evenit ut contra tenorem regulæ ^b aliquid ageret. Cumque objurgata a præfata Matre fuisset ut admissæ noxæ culpam fueret, et quoadusque poenitentiae interdictæ normam implesset se a corpore Domini privaret. Cumque illa sacri corporis privatione interdictum audisset, gravibus ictuata vulneribus flere coepit. Erat enim in crastinum sacrata solemnitas beatæ antistitis Martini transitus.

7. Pervigilans ergo ea nocte, et ablutionem culpæ exorans, ne tanti damni incurreret causam ut a corpore Christi sua culpa segregaretur, meruit tandem post lacrymas et uberes rugitus, ac crebra suspiria, veniadilem consolationem a Domino habere. Vade, inquit, et in hac die reconciliare Christo, quia delictum pro quo postulasti dimissum est tibi, Matri que indicans patefacio quod dixi. Quod mane per confessionem humilem Matri patefecit, sacroque corpori reconciliata religiosam postmodum vitam pergit, ac post multorum circula temporum cum iunctam Creator omnium cœlo condere voluit, ignis febris corripuit; cumque in extremis esset ait: Cito currentes unam et vobis mortuam segregate, atque a cæterarum consortio dejicite, non enim dignum est ut quæ crucifixæ mundo non sibi vivunt, mortuam et a vita segregatam inter se retineant. Cumque omnes inter se conquirerent, et quidnam dicere vellet sciscitarentur, una earum confusa ac terrore perculta solo prosternitur, suamque noxam confitetur, ac in omnibus se emendaturam pollicetur. Erat enim sæculo vacans et foris sacerdalem vitam desiderans, nec mortificationi omnino præbebat studium, sed tota vivebat sæculo. Posthac Herchantrudis cum jam nox atra irruisset et pulsa luce orbem teneret, in cellula qua jacebat lumen ignis rogal extinguere. Cumque cæteræ sciscitarentur quid dicere vellet: Non videtis, inquit, quantus splendor adveniat et choros canentium non auditis? Quærentes illæ quæ concinere audiret, illa ait: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus, vel cætera quæ subsequuntur, hæc omnia ora concinnunt. Admirantibus ergo omnibus, tam Matri quam consodalibus ultimum vale dicens emisit spiritum, ac post felicem exitum cœlo redditæ, æterna promeruit gaudia possidere, et ex præsentibus poenis luera capere vitæ æternæ.

CAPUT IV.

De obitu Aunofledis et cantu angelico.

8. Alia quoque eo tempore Christi virgo nomine Aunofledis, cum extremos halitus dimitteret, et pro damno vitæ præsentis lucra perciperet vitæ æternæ, tantaque a carnis nexibus separaretur, similes meruit exiens de ævo habere cantus sui exitus. Nam aperte auribus hausit quæ procul ab ejus excubii voces prorumperent: Asperges me hyssopo, et mandabor;

quodam sacri corporis participationem interdictam sibi sentiens propter illusiones nocturnas, gravibus percussa doloribus flere coepit, etc.

Iuvabis me, et super nivem dealbabor. Auditui meo A dabis gaudium et laetitiam, et exsultabunt ossa humiliata.

CAPUT V.

De Orechilde adolescentula et obitu ejus.

9. Cumque rerum Repertor majestatis suæ ornamentiū justas per animas ac munere innocentiae pleras per sanctorum voces accumulare non desinit, videlicet ut renovandi hortaminis religionis accrescat supplementum, evenit ut supradicto in cœnobio quædam adolescentula, nomine Demechildis [*In titulo, Orechilde*], cum genitrice converteretur; multisque diebus supradicto in cœnobio peractis, genitricem tentator aggressus est, ut cœptum carpenderet ad celestia regna præpediret. Sed quod genitrix inbecillitate abacta fragilitatis obtemperabat, versa vice ob malorum coacervationem adolescentis filiæ extrepito ^a dissiparet. Cumque jam per multa temporum curricula mens adolescentiæ annis dedita uberes fructus redderet Conditori, quodam die vidit ecclips apertos et æternum rerum Satorem aspectibus contemplata æque celestis charitatis lumine intuita audire meruit: *Veni ad nos, et corporis nexibus absoluta æternam suscipe claritatem.* Quod cum haec quæ aderent mirateatur quid rei gestæ veritas fiasceret, vel quod intèndentes ad cœlum oculi aspicerent, nec omnino palpebris motentibus quid oculi contemplarentur inspicerent, sit se sursum vocari, et a præsentis vita nexibus absolví, erat enim dies Sabbathi.

10. Iluecentie ergo in crastinum die Dominico, febre correpta, adolescentula supremum exspectabat exitum. Videns anxiā genitrix inhumberem unicæ prolis exitum, inter singultus ac gemitus illam posuit, ut si valeat impetrare, superis reddatur; aut si suæ vîlæ metam suppleat, se citio de hac vita post se ducat, nec posse se post ejus vivere exitum. Ad hoc illa: *Carnalibus, inquit, hoc crebro deposcens desideris stimularis;* ergo tamen si valuerit iuis observationibus favens, post digna pœnitentia medicamenta, post me tibi, Christo favente, astraham. Nec mora, in extremitate horis posita, monasterii Matrem postulat. Cumque testina Mater ad egressuram de mundo animam extremitos honores dependere advenisset, ut cohspicit eam puella, ovans gratulatur, ac ei omnibusque valedicens genitricem commendat, inter quæ postulat ut silentium habeant. Cumque omnes facto silentio exspectabant animæ egressum, illa hit: *Date lucem, Creator meus ad me veni,* Salvator meus ad me properat, imperatque Matri ut Dominicam orationem Symbolumque dicere juaret, quia ipsa trementibus habitis immobili affamine exprimere verba nequirit. Quibus peractis nimis amoenitate ac illustratione cellula renitente animam ovans reddidit Creatori. Nec mora genitrix corripitur, quadragintaque dierum spatio corpore flagella-

^a Legendum forte, dissipabat. Corrigendus ergo Bedæ et Surii textus his verbis expressus: malorum

tur, ac impleto quadraginta dierum circulo primum terribilibus dæmonum aspectibus territa est, deinde Lægitoris ope consolata veniam se intercessu filia meruisse latetur, animamque deinceps carnis nexibus solutam cœlo reddidit. Quippe datur intelligi ut quæ suis meritis non valuit sæculi evadere ruinæ, interventu filiæ meruit pœnitendo in patro spatio per poenas illatas salvari.

CAPUT VI.

De Domna et duabus adolescentulis et radio micante in ore viso.

11. Si ea quæ ad perfectum vel augmentum faciunt perfectorum, vel etiā ad emendationem delinquentium inserimus, nequaquam nos non necessarias res quispiam judicet compilare. Nulli quippe dubium est quod aliorum damna plerosque monendo ad capienda lucra vigilantiores rediant. Quadam etenim die Dominica cum missarum solemnia sepe-fata Burgundosara cum famularum collegio exspectaret, et jam sacri corporis communione participarentur; quædam ex iis nomine Domna, cum jam corpus Domini accepisset, ac sanguinem libasset, et sacro choro inserta cum compatibus caneret: *Hoc sacrum corpus Domini et Salvatoris sanguinem sumite vobis in vitam æternam;* in ore ejus globus ignis candido fulgere rutilans micabat. Sed cum a nulla astante ignis illustratio perspiceretur, duæ infantulæ cominus astantes quas innocentia immaculatas reddebat, conspicantur radios ab ore supradicta

cæ inter cantus modulamina eximio fulgere micare: nec prorsus silere scientes, dicere mirantes cooperunt: *Aspicite, aspicite rutilantem globum ab ore Dominae micare.* Quod cum Mater audiret, increpando imperat silere ne vanitatis noxa (sicut post actum est) ejus cor fuscaret, per cuius os affluens gratia lumen reddebat œnatum. Sed fragilitate corrupta cœpit post Spiritus sancti lucra elationis vel superbiæ stimulos amare, contumaciae crimen incurere, arrogantiæ supercilium præferre, ita ut Matrem contemneret, sodales despiceret et omnium monita sperheret. Nec mora, febre correpta ac in extremum deducta, nec sic studuit emendare. Hæ vero quæ viderant, una earum nomine Ansistrudis, dolore eam, alia febre correpta, atque ad extremum deduc-

ctæ supremum exspectant exitum. Cumque jam adcesserent sodalium cobortes, et ad psallendi officium in eorum exitu se præpararent, cœpit una earum inaudita auribus humanis ac dulcia modulamina pio ore canere, orare Conditorem miris sermonibus, inauditis precibus, ineffabilibus sacramentis, odorque simul cellulam replens mira suavitatis. Eratque hora diei hœna, qua odor cellulam repleverat. Balsami odor fragrabat e pectore, sieque per totam supervenientem noctem, sic per subsecualem diem usque ad aliam horam nonam, ut odoris suavitas et cantus modulamina perseverarent. Deinde Matrem canere

coacervationem adolescentis fitie cor dissipavit, quæ sequentibus repugnat.

present, seque abituras prædicant, amissione deinde A de vestro collegio migraverunt ad eos. Quæren- spiritu cum ejus amissione recessit et odor fragrantiæ. Illoc nequæ indubitate credendum est, quod gloriæ hanc boni exitus quæ istæ bæbæ meruerunt, supradictæ Domina habuisset, si per elationem arrogantiæ ypsilon serendo non perdidisset.

CAPUT VII.

De Wilsinda et prophetia ejus, et canis angelico.

12. Aliaque deinceps hortamina huius glorie supradictæ genobio adorta sunt, ut per apparitionem pietatis diuine uberiori amarentur lucra vita æternæ. Quædam cœnam ex genere Saxonum Wilsinda nominata, in eorum monasterio est conservata. Quo cum per multis annos vitam religiosam egisset, quadam die dum in hortum intra monasterii septa laboraret, cum sodalibus locuta est: Cito a nobis quæ in hac area ex-

colimus ipsa itura est; et ideo paratas esse debet, ne negligencie lepiditatis pariant dampna vitæ æternae. Cumque illæ quererent quæ esset, nequaquam promovere voluit, nec morata diu corporis infirmitate correpta est. Quæ cum diversis anxietatibus ageretur, cœpit læta ad cœlum vultus referre, et ignotas a diu dudum Scripturarum paginas enarrare, exorsaque a principio libros Moysi per ordinem recitare, Evangelijque vitalia sacramenta ac apostolica post veterum documenta narrare, omnesque deinceps Scripturas ex ordine memorare, simulque dicere se se quæ superatites remaneant tristitia subdant, cito ex eorum adversariis dominum ultionem daturum, sibiique promissam esse hoc consolationem datum. Erat enim adversarius monasterij, Ega domine, vir in auctoritate sublimis, cui Dagobertus moriens filium Chlodovecum cum regno commendaverat. Is ergo adversabatur supradicto condobio, temerisque violabat^a, omnemque familiam ejus circummanens quamquam poterat occasione persequebatur. Sed non diu cœptæ pertinaciæ potitus est volo; nam mox post promissam ultionem percussus interiit. Cœpitque deinde orationes, ac deprecationes quæque sacerdotiæ officia deponunt, dulci modulamine capere. Quæ cum rebemerent mirarentur quæ astabant, unam ex assiduis allocuta est: Ejice, inquit, foras, ejice, jacta quisquillas. Cumque alia conquirerent quid dicere vellet, sit: Non aspicis quantis gordibus mentem habeat occupatam et cœnobiam, nec omnino per confessionem pectoris sui aream purgare studuit, quam in sæculo adhuc posita priusquam hic clauderetur, omni spurcitia impostravit? Perculta metu, verecundia correpta, et a lumine Spiritus sancti comprehensa cui talia dicebantur, sole prosternitur, celumque via Matri per confessionem prodit, cœpitque postib[us] quæ vitæ exitum expectabat rogare, ut apud facio locum venientibus darent. Quod cum obtemperaret, huius vultu, capiteque inclinato dicit: Benedicite, dominæ meæ, benedicite, dominæ meæ. Inspirentaque quæ astabant quibus salutem præmiteret, respondit: Non certitis surores vestras quæ

lesque illæ si agnoscerat, increpanti voce ad unam carum Ansitudem nomine loquitur: Vel tu, inquit, ne agnoscis sororem tuam Ansildem, quæ dudum ad eos migravit, candidatarum choris insertam? Ille ergo dicens anima a carne elapsa est; qua egressa, canticus angelicus mox est in aere auditus. Nam quædam eorum longius e cellula qua corpus jacebat expandi fuerat progressa, audiunt angelorum corus per aera resultantes atque cantentes; ex quo canitu competerant Wilsindam carnis nexibus solitam; currendisque repererunt membra functa, aliquæ sonorum cœlum exequiarum officia impletum; agnoscuntque psallentium cœlum quæ per auras audierant concurrepere, ejus supplementum fuisse B exequiarum.

CAPUT VIII.

De Leudeberta et visione Petri apostoli.

13. Post has rursum uberioris Bonitas munericum suorum congerit supplementa, aliamque virginem Leudebertam nomine, monitis salubribus ac colestis prosapiae documentis munire non distulit. Nam cum sanctam in eodem conobio per aliquæ temporum spatia vitam ageret, per soporem eam Deus admonere non distulit, ut ad vitæ exitum paratiorem se efficeret: siebatque ei vox cum sopor membra laxasset, ut se a supradictæ Matris monitis nullatenus deviaret, quia cito a superis segregatura esset. Nec distulit diu promissi muneris Largitor benignus donum accumulare, corripuitque aegritudine, ac in propatulo ad supremum exitum perduxit. Quo cum jam ad extremos tam Mater quam sodales rependere astarent honores, subito post longum silentium vocem promit ac dicit: Qua hora, gloriose apostolorum princeps Petre, vis ut eamus? Quod cum alii quid ageret nosse vellent, illa inquit: Non videtis patronum vestrum apostolorum principem inter vos astare, et me de hac vita ducere velle? Vix hec dicere licuit, luctos omnes circumexspectant vultus, extremosque dimisit halitus, superasque finquens auras, ad æterna gaudia est provecta. Nam ideo rerum Sator post longa silentia in hanc vocem flebilis promovere lingua permisit, ut alias ad ejus vitæ exempla provocaret, et tantas munericum copias D superis demonstraret, quibus ab hac luce in suo timore vel amore migrantes dilare non desinit.

CAPUT IX.

De delinquentium corruptione et damnatione fugitivorum.

14. Effraterat contra hanc plebem Christi aquitatis diabolique fraudis; et dum pollere christi tribus corneret, aggressus est tentationibus maculare quædam ex his quas nova conversatio rudes reddebat, a cæterarum continentia nisus eveltere, ac septa Monasterii violare tentare; præcipitatemque exitiabilem vitam sæculi desiderare, ac canino more relicta vi-

^a Id criminis Ægas homini pio perperam imponi pag. 158.

censet Adrianus Valesius, in Rer. Franc. lib. xx,

scerum putrimenta denuo sumere velle. Cumque jam per opacas umbras silentiaque fascæ noctis ad immane pericliendum consilium aspirarent, et septa monasterii per repagula sealæ transilire conarentur, subito a medio dormitorii massa ignis in modum modii egressa totam domum perlustravit atque illuminavit, ac post in tres divisa globos per ostiorum meatus cum magno tonitri fragore progressa est. Totidem etenim ostia domus habebat, per quos suos ignis globos preferret. Qui tonitri fragor et dormientes excitavit, et egredientes monasterii septa correxit, et cum jam vallum pedes aliquæ earum traherisset, et tanto fragore perterritæ intra septa vellent referre, velut plumbo aggravatos nequaquam valebant reducere, quia diabolus qua valebat arte studiebat aggravare, quas divina correptio nequaquam sinebat perire. Confusæ ergo culpas agnoscunt, Matrice reversæ per confessionem produnt.

15. Aggressus deinceps alias duas antiquis anguis, quas noviores ac multo imbecilliores conversatio reddebat, tentare compulit, primum ne confessionem veram nequaquam ab ore promoverent. Erat enim consuetudinis monasterii, ut ter in die per confessionem unaquæque earum mentem purgaret, et qualcumque rugam mens fragilitate attraxisset, pia proditio abluveret. In hanc ergo laborem mentes supradictarum pauciarum diaboli jacula demiserant, ut nulla confessio vera ab ore prodiret, seu quæ in hoc sæculo commiserant, seu quæ quotidiana fragilitas attraheret, vel in cogitatione, vel in sermone, vel in opere, ne vera confessio per poenitentiae medicamenta iversus redderet sospitati. Cumque lethifer anguis paulatim corda obdurando virus infidisset, et sibi deceptas sua nequitia mentes parere comperisset, aggressus est ut quadam nocte extra septa monasterii progressæ fugam arriperent, et ad propria remeare vellent. Cumque per densam noctem abi-
rent, nec prorsus pro densitate caliginis viam tenere quivissent, astitit ad levam diabolus, ac lumen in modum lucernæ arte qua valuit assimilavit, monstravit, que viam ad sæculi reducem ac tergiversationi vires advexit. Cumque ad locum pervenissent destinatum, subsequentibus inquisitoribus nullis obstantibus ad præsumtum cenobium rugata fronte redeunt.

16. Quo cum redissent, actoque scrutamine quæ causa discedendi coegisset, respondent se fore telis stimulatas diaboli, et mentes nequaquam habere posse direclas. Quæ diu dum ab omni congregatione obnigarentur, et nequaquam cunctarum proficeret correptio, divina ultione ambæ percussæ meritas luere didicere poenæ. Cumque anxia Mater monasterii sæpepræfata quereret, quæ poenæ occasio foret, et nullatenus veritatem exprimere valeret, hortatur literato ut inter supremas horas per con-

* Non sacramentalem, siquidem ea Matri seu abh. tissæ fæbat, sed spiritualem, qua ex Patrum prescripto monachi cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala a se abaconse commissa per humilem confessionem (ut sanctus Pater Benedictus in regulæ cap. 7 loquitur) Patri spirituali revelant ac

A fessionem facinus pandant. Cumque obdurato corde nibil remedii capere vellent, inter flagella clamare cooperant : Sustinet paululum, sustinete, nec prorsus expectantes urgete. Cumque aliae inquirerent a quibus sustineri rogarent, aiunt : Non aspicitis turbas Æthiopum adventantium, quæ nos rapere et abducere volunt ? Cumque hæc quæ aderant terrible dictu mirarentur, audiunt fragorem sup. a celulam et tegumenta personantia, ostiumque celulæ patens factum vi, ita ut nigrescentes umbras astare cernerent, et voces crebro eas clamantes per nominz audirent, ita ut vix quæ aderant signo crucis armatae ad psallendi officium detinente valeant astare. Tau-
ti doloris atque mortoris eventu Mater urget, ut per confessionem pandant vitia, et sacri corporis communione roborentur. At illa andita sacri corporis mentione, garris dentibus ac frendere cooperant et stridentes dicere : Cras, eras; et interim supradictam vocem repetere : Exspectate, exspectate, sustinete paululum, sustinete. Inter quas voces extre-
num halitum dimiserunt.

17. Quas cum in collegio exterarum nequaquam Mater monasterii sepelire ratum duceret, segregatis humandas in extreum sepeliendas foris jubet : supra quarum tumulos globus ignis in modum clypei intra triennium sepe apparuit, præsertim Quodragesimæ diebus usque ad adventum sancti Paschæ vel etiam vigilia Natalis Domini serventior apparet, simulque voces tumultuantis turbæ multæ personabant. Inter quas duæ ulutantes erumpabant, velut in tormentis resonare solent : Væ mihi ! vœ mihi ! vœ mihi ! Cernens itaque Mater monasterii justam sententiam a justo Judice super injustas animas illatam, manifestius damnatarum sententiam est aggressa comperiri ; accedensque ad tumulum, experimento querit si eadævera quamvis putredine corrupta in sepulcro maneant. Jamque mensis ex quo functa corpora condita erant præterierat, et ecce reperit interius sepulcrum igne exustum, nec quidquam terræ residui superesse cadaveris præter favillas vestium. Mansit itaque per triennium illatæ sententiæ severitas, ut terror damnatarum timorem præberet sodalium remanentium, essetque correptio viventium pena illata mortuarum; et ex negligencia vel tempore in duritia mentis pereantur, salus ex religione ac vigoris studio propinaretur superstitioni.

CAPUT X.

De obitu Landebergæ et canto angelico.

18. Interposito deinde temporum spatio rursum consolationis solamina prodierunt. Nam quædam virgo, nomine Landebergæ, cum jam extremas præsentis vite exspectaret amittere horas, omnique anxietaatum mole vallata, validis letuata dolorum

dilegunt ad concilium et remedium obtinendum. Sanctus Columbanus, in Poenitent., cap. 4 : « Detur confessio ante mensam, ante introitum lectulorum, vel cuiunque fuerit facile dare. » Qui tamen, cap. 29, culpam et sacerdoti fatendam præcribit.

similis tantummodo exitus vita expectabat sola men. Cumque jam adesset vocatio per silentem noctem, et omnes quæ ægram excubare curabant sopore depresso somnum carpebant, una tantummodo agitudo fessa nomine Gernomeda inibi inter sodales pervigil remanserat. Cumque ergo, ut diximus, extremos expectaret exitus, nubes densa atque rutilo quodammodo fulgore permista stratum operuit, similibus voces canentium auditæ atque exsultantium: *Cantamus Domino, gloriose enim glorificatus es.* Ut ergo audivit Gernomeda canentium personare voces, cœpit anxia excitare sodales. Sed cum nullo modo quanquam excitare potuisset, attentius finem rei expectavit, qua paulatim nubem ab strato sublevari, simulque animam a corpore abduci vidiit. Cumque jam in altum nubes elevata fuisset, et ejus aures canentium voces non audirent, tum demum ægra sodales excitare valuit, ac ut correptæ debitos cantus persolverent monuit; ipsaque per septem deinceps dies gravibus febribus ictuata correptionibus, octavo die vitam finivit.

CAPUT XI.

De affluentia olei et aquæ commutacione.

19. Posthac igitur bonitatis ac muneric institutor rursus pietatis suæ munera largiri non distulit. Nam quædam puella nomine Blithildis intra adolescentiæ annos in supradicto cœnobio est conversa. Quæ cum diu regularis disciplinæ habenis confecta immobili desiderio coelestia præmia desideraret, evenit ut justus Arbitr̃ justam animam justitiæ copia plenam eolis condere vellet. Cumque jam in extremis posita lumen posceret noctium per successiones coram se accendi, et sacrae lectionis præconia ante se legi, una earum quæ assistebant vas quoddam oleo lymphaque repleaseret, omnes sopor oppressit: sieque noctis meta traxi, absque sodalium solamine ægra noctem periegit. Ruenti ergo diei crepusculo cum matutinas laudes Domino cecinissent, intuita lucernam quam oleo lymphaque oppleverat in lacte commutatam, querit experimentum utrum hoc quispiam sodalium commutasset. Illæ inquiunt: An nescis quia hic lac non fuerit? Tunc ægra ait: Nequaquam hoc lac orovestram animam consumite, ac inquirere sinite. Cumque illæ attentius cognoscere vellet, Matrem vocant, reique causam indicant. Illa itaque ut diligenter cognosceret, oleum a lacte separare jubet. Cumque segregasset oleum a lacte et nihil super specie lactis remansisset, cœpit oleum denuo crescere et uberioris a vase manare. Tunc demum hæ quæ instabant Dei virtutem cognovere, quod studio omni collegerunt et de industria sacrario considererunt. Testes sunt hujus rei Burgundofara, pontifexque Weldenensis urbis, et Waldebertus abba' Luxoviensis cœnobii. Nam et ægræ quædam quæ de eodem oleo sunt atrectatae, pristinæ sunt sanitati redditæ; Blithildis vero omni jucunditate repleta felicem præstolabatur exitum. Quæ cum cœlo animam reddidisset,

* Surio hoc labore; forsitan, hoc lacte.

A tanta suavitas odoris cellulam replevit, acsi balsama inibi crederes desudare. Quid hoc fuerit ut hanc creaturam aquæ in lactis speciem verteret, vel oleum fluendo multiplicare suberet, nisi quia miseratione divina aliis ostendere voluit qualiter supradicta nocte divina clementia ægram visitavit? Et dum illa sodalibus noluit indicare quid vidisset, virtutis sue omnipotens visitationis vestigium reliquit.

CAPUT XII.

De beatia in transgressione cibi visa.

20. Dum magnarum rerum ob boni meriti religiosusque studium collatarum miracula non omisimos tradere posteritati, similque quæ ad terrorem duræ et ignavæ menti profuisse comprimus intimare cūramus. Quædam etenim puella nobilis genere ad supradictum cœnobium regularis disciplinæ colla submittere venit, sed honesta vita intentam ac religionis formam aggressus anguis, denuo per transgressionis vitium de paradiſo eveltere excitavit. Gulæ aviditatem ac esuriem furtivo cibo aggressa est satiare: quod facinus per spatia temporum non deprehensa patravit, nec prorsus alicui ex sodalibus patefactum est. Cumque ergo diu gulæ aviditas animam macularet, dedit justus Arbitr̃ justam sententiam super injustam animam, corripuit gravissimum facinus poena graviori, ac super fessos artus excitavit odium liciti cibi, nec valebat turbata mens aliud quidquam quam surfures frondesque et herbarium agrestium misturam edere. Cumque jam per dies multis hæc ultio super animam transgressione deceptam maneret, etiæ hora refectionis supradictum cibum adduci postularet, vidi speciem apri magni secum comedere, et more cœnosæ suis cibos gruñiū ventilare. At illa pavescens interrogavit quæ esset. Respondit bestia: An nescis quia ego sum? cibos quos usque modo per transgressionem comedisti, tecum ego comedi, et amodo scias per anni circulum hunc cibum habebis. Permansit ergo cibus per vertentis anni metam, nec prorsus aliud edebat quam surfures frondesque arborum aut herbarum agrestium, et facis quæ ex cervisia reliquis projicitur. Quid enim fuerit ut diaboli voce fragilis mens miseræ transgressionis conscientia objurgaretur, nisi quia præsentium poenarum immanitas non sineret animam postmodum cruciatibus damnari, et divina pietas voluit per eum improperia consentientis de promere, per quem fuerat transgressio propagata; et hunc habere judicem, cuius suasionibus malis diu decepta obtemperaverat, ut post poenas illatas cognosceret non diabolo sed Creatori debere creaturam obedire.

CAPUT XIII.

(Quæ sequuntur desumpta ex tomo ii Bedæ et Surio desunt, in ms. Codd. Compend., in quo superioribus continentibus subjicitur Vita sancti Bertulfi abbatis Bobiensis. Certe Jonas ubique dum de Burgundofara loquitur eam uti viventem semper designare videtur: « Testes sunt, inquit cap. 11, hujus rei Burgundofara; » quo nomine simpliciter, nullo addito, nisi sorte Matris, eam ubique appellat, ut verisimile videatur ea quæ sequuntur subditissima esse.)

21. Similiter alia puella nomine Baractrudis cum

Benedictinam significari, quæ nihil de bujusmodi re caustum habet, dicere nemo audebit. Præterea de iisdem rebus diversissima utrobique, scilicet in Fru-
ctuosi et Benedicti regulis, sanciuntur; quod per sin-
gularia demonstrare capita facilissimum eset. Ex qui-
bus omnibus hucusque adductis contrarium potius
ei sententia, quam Benedictini recentiores propo-
guant de Fructuosi monachatu, colligere debemus.
Quod similiter de his dicimus qui ad Augustinianum
ordinem referunt (a). Sed jam ad opera.

Principium hæc regula est sæpius laudata, quam
secum eum monachis in Complutensi, seu Compluti-
ensi, monasterio a se susceptis indicare id videtur,
quod quadragesimam quamdam pro festivitate san-
ctorum Justi et Pastoris, quibus hocce dictatum fuit
monasterium, indixerit (*Cap. 18 prioris partis*). Di-
visa hæc est in duas partes, quarum posterior spec-
cialiam dicitur *Regula monastica communis*, in Edi-
tione quam regularum Codicis a sancto Benedicto
Anianeus abbatu collecti et Romana Vitalis Maserdi
oficina anno 1661 Lucas Holstenius vir clarissimus
exire fecit (b). Qui titulus ex illis quæ adducta nu-
per sunt, ex capite sexto hujus partis verbis, *placuit
sanctæ communis regulæ*, comprobari videtur. Me-
nardum tamen (*Præfat. 2 ad Concord. regul.*), alteri
et alteri Fructuoso priorem et posteriorem regulam
libuere sciens quam utique mentem instillasse ei-

basterii sancta Patrum precedentium sancsis au-
toritas uno in cenobio Christo nos precedente
hauitemus. et quicquid pro salute animarum no-
strarum adhuntiare. docere. arguere. increpare.
impetrare. excommunicare. vel emendare volueris.
humili corde. intenta mente. desiderio ardente.
divina gratia opitulante inexcusabiliter. domino fa-
bente adimplebimus. Quod si aliquis ex nobis contra
regulam et tuum preceptum murmurans. sisurrans.
contumax. inobediens. vel calumniator fuerit. tunc
habeas potestatem omnes in unum congregare. et
lectam quorundam omnibus regulam pupicum probare. et
et flagellare. vel excommunicare secundum intyulu
culpe. unusquisque nostrum reatu suo conuinctus
suscipiat. Si quis sane ex nobis. quod ualde execra-
tur regula. vel omnis scriptura. aliquis occulte con-
silium cum parentibus. iermanis. filiis. cognatis vel
propinquis adprehenderit sine consilio abbati vel
laicæ communis regule. habeas potestatem in nos in
unumquenque qui hoc temtaberit per sex menses
indutum tecme rasum aut cilicio discintus et dis-
calciatus in solo pane et aqua in cella obscura opus
exerceat excommunicatus. Quod si aliquis ex nobis
ista prona sua voluntate noluerit agere penitentiam.
extensus nudo corpore septuaginta et dua flagella
quoram omnibus accipiat. et deposita ueste mona-
sterii indutus aliquod scisum laycale captans. den-
tas in tenebras nocte cum confusione et nota a ce-
nobio excommunicatus euellatur. Promittimus etiam
deo et tibi patri nostro Sabarico abbati. ut si ex no-
bis aliquis. sine benedictionem de fratribus aut tuo
imperio per uitium ad aliqua loca ad hauitandum
transire voluerit habeatis potestatem incautum eius
persequi volupiatem qui hoc temptaverit. et compre-
hensionem ad regule censu reducere! et si aliquis eum
defendere voluerit aut presbyter aut monachus aut
quilibet layci. et uestram munitionem. aut ita ulte-
rius apud se eum retinere voluerit. communicatio
illius irrita sit a diabolo. et participatio illius cum
iuda traditore sit in inferno! Et in presenti seculo
excommunicatus permaneat ab omni cœtu christia-
norum qui hoc lecerit! Certe si quod credi nefas
est! tu dominus quod deus fieri non patiatur. si ali-
quis ex nobis iniuste. aut superbe. aut iracunde. aut
certe uaria diligere et akerum liboris odio conte-
nuere. bunum imperare et alterum adolare blandi-
lia excusare! tunc et nos habeamus potestatem non
superbe non iracunde per unumquemque decaniam
preposito nostro querimonia inferre! et prepositus

A videtur Pseudo-Maximi locus ad annum Christi 559
(*Bivar. Edit. p. 512*) constituentis Constantiuam in
agro Bracarensi sanctum quemdam Fructuosum Be-
nedictinum abbatem, sancti Romani discipulum. Sed quidquid de hoc antiquiore Fructuoso et Ro-
mano ejus magistro, in Hispaniis diem suum ob-
eunte, cuius alibi meminit idem Pseudo-Maximus
(*Ad an. 588, n. 13, p. 495, 510*), ab eoque Menar-
dus, non omnino tamen rei sive auctoris fideli certus,
habuit, commenta sunt vanissimi capitinis, quæ et in
Codice Estepano. seu fragmento, quod ad calcem
excudemus. Dextri. Maximi. et Luitprandi primor-
diali illo desiderantur, et iis quæ de sancto Romano
in Galliis abbatu Gregorius Turonensis (*De Vitis
Patr. c. 1*) æqualis ejus in viri ejusdem sancti Vita,
qui uno ante sanctum Benedictum sæculo vixit,
ut Martyrologi ouimes (28 Febr.) referunt, contraria
sunt.

Pro omnibus adi sis, lector ingenue et veritatis
amans, Godefridi Henschenii commentarium præ-
vium ad sancti Romani Jurensis abbatis Acta die
28 Februarii; et confer cum Bivarri ad Maximum,
Tamaii, Cardosique in Martyrologiis Hispano et Lu-
sitano, aliquunque hujus sectæ nominum, quorum
idola Dexter, Maximum aliquæ sculpi sunt historici,
rationibus, conciliationibus, tergiversationibus, hæ-
sitationibus, in Romani historia, futilitatis et vani-

tibi domino nostro pedes deobsculare et nostra hu-
mili ter querella sugerere. et tu nos patienter iubetas
abscultare et communis regule constitue cerbice hu-
miliare et corripere et emendare. Quod si corriper-
te minime volueris. tunc habeamus et nos potesta-
tem de altera monasteria abbates de contatione no-
stra invitare. et quoram eos te corripias. et tu nobis
accepta regula perficias. et nos tibi discipli subditis
et adoptib. filii humiles oquendis in omnibus reco-
gnoscas. et Christo sine macula nos offeras. Amen.
Haec sunt nomina qui manus suas subscriptione vel
signum in hoc pactum fecerunt. »

Subscribunt autem huic pacto bini supra octo-
ginta, in quibus (Alostus presbyter; Manuel Con-
fessor; Sarra... [F., Saracenus] presbyter; ... na-
diyus presbyter et confessor; Bretus diaconus; Re-
cessus abba; Fundilani subdiaconus;) reliqui
monachi atque inter eos: (Leobitti monacha; Lu-
ziana monacha; Eras monacha;) et paulo inferius:
(Teodildi manu mea monacha; alia Teodildi manu
mea monacha; Maria manu mea monacha; Froili
manu mea monacha; Euzeza manu mea monacha;
Sontraldi manu mea monacha; Adosinda cum filia
mea Fne. maria ubi nos trademus cum omne nostra
facultate monache.)

Videlur autem hoc pactum e communi Fructuosi
regula, cuius bis meminit, descendere. Certe in eo
sunt plurima tum ad monasticam ejus ævi in Hispania
disciplinam spectantia, tum ad monasteriorum
collationes, abbatumque seu præpositorum iisdem
hierarchiam, et maxime ad prima vagieulis tunc
Hispani sermonis crepundia, quæ non facile alibi
invenias. Quis autem hic Sabaricus fuerit? Dicam
verbio. Ex monacho et abbate, Dumiensis primum
præsul, eaque sede a Mauris diruta ad Minduniensem
Ecclesiam translatus, quam rexit ab anno 907
ad 922 ejus nominis Secundus. Fuit etiam sancti
Rudesindi episcopi postea Minduniensis institutor;
exstatque ejus memoria in epigrammate consecrationis
ecclesie sancti Petri Montensis apud cl. Flo-
rezium, t. XVI, pag. 132, et Iusior t. XVIII, a
pag. 70.

(a) Ant. a Purificatione, in Chronol. monastica
Ulyssippone edita 1642.

(b) His. exstat pluribus in locis. Codicem monaste-
rii de Carracedo Cisterc. ord. Morales vidit. Alterum
sancti Petri de Asanza Sandovalius; alterum
Nucatensis monasterii Bivarius, uti refert ipse ad
Maximum, pag. 531.

tatis plenis, quo luto hærente oportet eos qui, quainvis alias docti ac probi sint, horum pseudonimium

Consurgunt aras, adolescentque altaria douis (a).

Fragmentum quoque exstat quoddam *De diversitate culparum super regulam sancti Benedicti*, quod in nonnullis libris ins. Fructuoso ascribi solet. Indignum tamen id Fructuoso esse Mabillonius rei auctor fatur.

Paulo Emeritensi diacono acceptam referre nos debere quorundam carminum sancti Fructuosi notitiam apud Moralem legimus (*Lib. xii, c. 36, fol. 51*), duorum scilicet epigrammatum in laudem Narbonensis episcopi cui Petro nomen, regisque Sisenandi, et cuiusdam diaconi (b).

Exstare quoque ait in Complutensis majoris collegii libro ms. epistolam ad Reccesvinthum regem (c) scriptam, qua precari eum videtur ut cum quibusdam nocentibus clementer se habeat, in quo ejusdem temporis res agi videtur, quam concili octavi Toletani Patres totu secundo capite satis prolixo expidire sunt conati. Editu fuit epistola hæc a D. Laurentio Ramirez de Prado in Luitprandi operum collectione Antuerpiæ ex officina Plantiniana Battasaris Moreti, anno 1640, sed tanquam ex collectione Juliani sanctæ Justæ Toletanæ archipresbyteri quorundam veterum præsum epistolarum (d). Julianus nempe nostræ atatis, eas quas in miss. Codicibus, quorum copiam habuit, lectu dignas existimavit, in unum a se coactas, Juliano illi antiquo, si vere aliquis fuit, supposuit (e).

At quan impudenter ideni Pseudo-Julianus, præfracte audacie bipes, nostri Fructuosi historiam suis fœdere fabulis ausus fuit! Pertinet buc ex portentoso Adversariorum ejus opere, quingentesimus decimus cum duobus sequentibus numeris, in quibus hoc in primis falsum est (*Advers. 310*), Conantum episcopum, sub quo ut in ejus refertur Vita Fructuosis aliquo tempore vixit, (f) non Valentinius suis illum cuius sanctus Hildephonus meminuit episcopum; sed Agilensem Toleti abbatem, ex q. ad ejusdem ubi sedem ascendit. Conantum, factor, aliquem, alias Venantium, inter Adelphium et Aurasium, Toletanum episcopum habet Loaisse catalogus, largeque (g) i seudo-historici sculnei huic nomini facient. Sed cum sanctus Hildephonus discretissimis verbis Aurasius post Adelphium referat (*De Script. eccl., c. 5*) huic Ecclesie datum episcopum fuisse, non est cur ei fidem derogamus. Et cuinam alii credas Conantio tributum fuisse viri sanctissimi elogium ab auctore Vitæ sancti Fructuosi

(a) Regulæ sancti Fructuosi, bujus meminerunt Egbertus Eboracensis archiepiscopus, Burchardus Wormatiensis, Benedictusque Auianensis abbas, locis ab Henschenio adductis in prefatione ad Vitam sancti Fructuosi 16 Aprilis.

(b) Habentur bina hæc epigrammata in Codice D àverpiæ Regiae bibliothecæ Matritensis, e quo ea tonio XV Hisp. Sacr., p. 152 seq., cl. Florezius inuitat.

(c) Penes nos habemus ex Codice Gothicæ olim Ecclesie Ovetensis, nunc autem bibliothecæ Toletanæ. Quam in collectione nostra τῶν Ἀνερότων. (quainvis a Ramirezio luce donata) cultiore ac emendatiorem iterum forsitan luci publicæ committimus. CARD. DE AGUIRRE.

(d) Exstat item in Codice Escurialensi saeculi X, Digranu., et plur. I, n. 14, sub hac rubrica: Epistola domini Fructuosi a domino Reccesvindo regis directa pro culpatos quos retinebatur de tempore domini Scindani (id est Scindavintib, ut rō wîth Gothicæ dialecto quasi appendix et cauda sit nominum Scinda et Recces). Incipit: Versor ne s̄ep: ergo... yerendo gloria restra, etc.

(e) Apud cl. Hisp. sacr. continuatorem, t. XXX,

A quam Valentino episcopo, (h) quem elogio suo Hildephonus commendavit? Accedit vicinitas Bergidensis territorii, unde se Fructuoso ad Conantii episcopi disciplinam proripuit, longe major cum Palentina, quam cum Toletana urbe.

Nodum quoque plusquam Gordium continet, non quidem siculæ scindendum gladio, Fructuosum anno 607 fuisse monachum sub Conantio moache Agaliensi Toletano (i) præsule; qui Conantius (si revera fuit aliquis Toleti hujus nominis præsul) anno 600, juxta Maximum, Adelphio successerit, eodem anno, aut sequenti, sive, ut plurimum, tertio, juxta Julianum (*In Chron., num. 315*) martyr in Gallia Narbonensi factus, locum Aurasio vacuum reliquerit. Falsissimum quoque est Reccesvinthum regem dedisse multa Complutensi monasterio, et si hujus fuerit privilegium quod de Complido vocant, anno 645 induitum, et non Cindavinthi, de quo Morales, lib. xii, cap. 26, exstatque apud Tamaium die 16 Aprilis (*Pag. 677*). Deinde, num. 511, Pseud-Julianus Sisenandi tempore floruisse refert episcopum Bracarensem sanctum Petrum, postea Narbonensem, ad annum 646 mortuum; quod factum celebrare ait epigrammate quodam Laune sanctum Fructuosum nostrum. Hocce carmen illud est de quo nos supra.

Sed Petrum illum Narbonensem episcopum a Fructuocelebratum, Bracarensem ante episcopum, floruisse Sisenandi tempore, merum sonnum est. Nam vel floruit Sisenandi tempore adhuc Bracarensis, vel Narbonensis, jam episcopus. Narbonensem si dixeris, opponam Selvam hujus sedis antistitem altero post Isidorum Hispanensem loco sedisse, quatuor alios metropolitanos præcessisse in concilio Toletano IV, quod habitum fuit anno tertio Sisenandi regis: quau proediæ prærogativam ex antiquori ordinatione provenientem, incredibile est tricennium recentiore, hoc est, ejusdem Sisenandi, episcopum consequi potuisse. Alter enim non potuit quatuor alios antistare, quain si quatuor illi intra sic breve temporis intervallum omnes metropolite ordinati fuissent. Si autem Bracarensem adhuc episcopum sub Sisenando vixisse credideris, admitto nihil contrarium ex ejusdem concilii ordine subscriptio- num paulo ante considerata insurgere; nam quod in eo Julianus Bracarensis episcopus interfuerit, duosque alios metropolitanos, Justum Toletanum et Audacem Tarraconensem post se habuerit, non omnino evincit Julianum veterem jam tunc fuisse Bracare episcopum, neque intra idem Sisenandi triennium tam ipsum quam Petrum a Fructuoso decantatum præcessere Bracare haud potuisse. ex sancto Hilde-

pag. 383, exstat Fructuosi presbyteri epistola ad Braulionem, hoc initio: Scripturæ sacrae, etc. Videatur autem Fructuosi nostri esse atque in Bergidensi monasterio scripta: « Supplex (inquit) suggero ut pro mercede tua de Collationibus Casianis illumines monasteria ista; » et paulo inferius: « Nos longe positos et Occidentis tenebrosa plaga depressus non despiciatis, etc. » Consonat Braulionis responsus in quo legitur, p. 367: « Felix tu (Fructuose) qui hujus mundi contemniens negotia prælegisti oīa sancta... Felix illa eremus et vasta solitudo, que dudum tantum ferarum conscientia, nunc monachorum per te congregatorum laudes Deo præcipientium habitaculis est referta, etc. »

(f) Quanvis hoc credit Mabillonius, in notis ad sancti Fructuosi Vitam.

(g) Maximus., ad an. 600, n. 1; Julian, in Chron., n. 512.

(h) Ita consuere Morales, l. xii, c. 35; Loaisa, ad concil. Tol. x, p. 504; Acuria, Hist. de los Obispos de Braga, part. I, c. 86; Sandoval, in Foundationibus, fol. 16; Bivar., ad Max., p. 705.

(i) Ut dicitur in eodem (*Advers. 510*).

defenso enim certum est (*De Script. eccles. c. 8*) **A** Justum Toletanum trium annorum duntaxat episcopum, ejusdem regis Sisenandi tempore, novendecimque ante eum diebus obiisse; et consequenter sub eodem rege, qui tres annos et undecim menses regno praeftuit, creatum fuisse. Quo cum bene stat Justo Toletano antiquiore vel paucis diebus Julianum Bracarensem, tertio Sisenandi anno, fuisse; atque in Petri sub ejusdem Sisenandi principia florantis locum succedere potuisse.

Attamen inde, ne in praefectus sese dent, statim pedem revocare debent Pseudo-Juliani defensores. Fateri enim his necessarium erit Petrum ex episcopo Bracarensi Sisenandi tempore translatum fuisse ad Narbonensem Ecclesiam: quod praeferquam quod Bracarenses male habebit, sanctissimumque, qualis

audit, episcopum parum deceat nulla spe majoris fructus aequaliter pro equali commutare sedem, impossibile factu est; cum concilii IV Toletani tempore Narbonensem Selva habuerit vetus antistes, Julianusque Bracarensem, et adhuc Petrus in vivis fuerit. Vixit enim, eodem Pseudo-Juliano teste, usque ad 646. Quonam ergo abit Petrus, cum sub annum 634 aut circiter, et Sisenandi initia, locum fecerit in Bracarensi Ecclesia Juliano? Nam plena tunc temporis era Narbonensis cui jam diu praeferuerat, praeftisque etiam usque ad 638 annum quo sexto concilio Toletano interfuit Selva. His salebris cum se extricaverint, Achillem eorum nonnihil habebi-
inus. Et jam satis multa. Sed tanti constare solet ea quae antiquitatis specimine sese venditant fide quam forte invenerunt exauctorare.

SANCTI FRUCTUOSI

BRACARENSIS EPISCOPI

REGULA MONACHORUM.

[Ex Brochie, Cod. Regularum.]

MONITUM IN REGULAM SEQUENTEM.

Duae regulas monasticas scripsit sanctus Fructuosus, regio Gothorum sanguine ortus, et ab adolescencia vita monasticae cultor, primo Complutensis abbas, deinde episcopus Dumiensis, ac tandem Bracarensis archiepiscopus, multorum monasteriorum Pater et conditor. Primam regulam ex sancti Benedicti disciplina desumptam pro monachis suis Completensibus conscripsit; secundam pro hominibus cuiusvis status et conditionis. Prior ergo sancti Fructuosus regula longe ante inlatum episcopatum scripta erat in usum Completensium monachorum, quibus primum monasterium condidit, continetque xxv capita; circa capitulum tomum numerum in impressis aliquod discrimen inventior, quam in mss. Codicibus, prout vir doctissimus Mabillonius notavit in suis Annales Benedictini, tom. I, lib. xiii, et alibi, ubi hujus regulae convenientiam cum regula sancti Benedicti describit, quod vix ovum ovo sit similius; cum sanctus Fructuosus passim sancti Benedicti sententias et institutiones, imo non raro ipsissima verba in suas regulas transferat. Secunda regula xx capitula continens, que et communis dicuntur, ab altera adeo diversa est, ut cl. Menardus existinet illam non compusuisse sanctum Fructuosum jam anno 670 defunctum; sed nunquam non laudandus Mabillonius contrarium probat, et argumenta incontestabilia adducit in suis observationibus praevis ad hujus sancti episcopi Vitam inter Acta sanctorum ordin., sancti Benedicti reperiendam. Et quidem haec regula communis a sancto Fructuoso conscripta videtur post adeptum episcopatum, ad auferendum intolerabilem abusum jam aliquo tempore apud Hispanos grassantem, quando nimis, nullo habito sexus discriminare, conjugati simul cum uxoribus, liberis ac servis, domicilia sibi in modum monasterii componebant, suis cupiditatibus inservientes, atque luxuriam, avaritiam et superbiam excolentes, nulli regulae monasticæ astricti, nec alicui præposito vel abbati regulari subjecti; quem enim suum abbatem appellabant, illi non adeo parebant, quam voluntates suas approbabant. Id vero vita rusticæ genus ideo multi laici elegerunt, ut hoc pacto a publicis curis et tribibus exi-

Cmerentur, utpote sub quadam specie monasticae professionis viventes. Contra hunc abusum surrexerunt concilii Hierensis Patres, qui in canone tertio decernunt ut nullus laicus vel ecclesiasticus capellam vel ecclesiam ab illis adsciscat auderet in speciem vel formam monasterii erigere, nisi congregatio ibidem collecta viveret secundum regulam monasticam ab episcopo approbatam, et juxta leges dioecesanias. Nullus autem hunc abusum gravius insectatus est quam sanctus Fructuosus, prout ex exordio hujus regulæ communis omnino constat, ubi talia conventicula uqu monasteriis, sed animarum perditionem appellatur, etc. Et, ut huic malo obviari irot, pro illis hominibus vere ad Christum conversis hanc suam secundam regulam condidit, binis reliquis amplius temperataam, atque utriusque sexus ihermitatibus magis accommodatam, ita ut novum monasticae vita genus introduxitur videatur. Nam, juxta hanc regulam, in monasteria admittebat senes et anas, conjugatos etiam utriusque sexus cum liberis suis septimum annum secessis; ita tamen, ut viri cum filiis seorsim degenerent in monasteriis a sequiori sexu separatis; quemadmodum et feminæ cum suis filiabus vivere debebant a viris separatae; ita ut quilibet sexus habuerit suos distinctos superiores, viri abbatem, feminæ abbatissem, sive quoconque alios superiores a regula prescriptos. Denique sanctus Fructuosus in omnibus suis regulis professionem, quam vocamus monachorum, appellat pacium, quo initiandi promittebant se omnia cœnobii sui instituta observatueros, neque unquam ab ejus distinctione vel latenter recessuros. Hujus pacti specimen etiam in regula sancti Isidori invenit Mabillonius, quod et ex Codice vetustissimo Liriacensi desumptum suis Annales Benedictini inseruit tomo I, lib. xii, pag. 363. Sed longe prolixius est pactum sancti Fructuosi hic ad calcem hujus regulæ communis appositum, incipiens a quadam professione fidei emittenda circa mysticum sanctissimam Trinitatis, quam faciendam publice existimat recte piissimus episcopus, ob latentes fons adhuc hereticis Arianam apud Hispanos.